



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXXXVIII. ad annum MCCCCXL.

Parisiis, 1644

XXII. De vsuris & vsurariorum poenis & praeemptionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15490

X X I I .

Vsurarum voraginem detestantes , inhibemus omnibus Christi fidelibus nostræ dicœcisis,tam clericis quam laicis , ne pecunias ad vsuras mutuent , aut in impignorationibus vltra sortem aliquid ex pacto recipient , nec emptiones detestabiles faciant , aut alias quoslibet actus vsurarios exerceant. Quod si quis contra fecerit, vltra poenas iuris communis & Concilii prouincialis Saltzburgensis, subiaceat solutioni decem libras denariorum vsualium irremissibiliter soluendorum ad fabricam ecclesiæ , aut in vsus pauperum , iuxta nostrum aut iudicantis nostri nomine arbitrium , conuertendos. Inhibemus insuper sub excommunicationis pœna vniuersis prælatis, decanis , plebanis , & ceteris quibuscumque religiosis & sœcularibus, ne aliquem dictis criminibus manifeste reum , satisfactione non præmissa , ad quam tamen eosdem induci volumus , modis possibilibus ecclesiasticæ tradant sepulturæ.

X X I I I .

Volumus & mandamus statutum diuæ memoriæ Guidonis legati de latere per nostram dicœcensem promulgari & publicari : quo cauetur , quod quicumque personam ecclesiasticam vulnerauerit enormiter , captiuauerit vel occiderit , ipso facto ea quæ ab ecclesia, nomine feudi , iure censuali , vel in emphyteusin , aut alias quocumque nomine tenuit , perdat penitus & amittat , in vtilitatem ecclesiæ conuertenda. Adiicimus quoque , quod in illa parochia , in qua canonicum ecclesiæ cathe-

Concil. Tom. 33.

X X X I j